UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum sit grauissimum peccatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

io. Vnde dormiens aliquo forti ſono facto excitatur, & ſoluta ratione potitur. Ebrius autem quàmuis vigilet, neceſsitatem violentam vinculi rationis patitur. Et rurſus, dormiens poteſt diſponere vt per hominem, aut horologium &c. tali hora excitetur, ebrius autem ſi ordinauerit, nil prodeſt, quia tali hora violentæ neceſsitati vinculi rationis ſubiacebit. Quod ergo author in prioribus libris pertranſierat, ſupponendo cum aliis, quod ebrietas erat ueniale, poſtmodum ad altiora diuini luminis cum acceſsiſſet, in ſumma hoc determinauit dicendo, quòd eſt mortale peccatum ex ſuo genere, quia tanto bono, ſcilicet uſui rationis opponitur. Nec obſtat hoc ſuperius dictis, ſcilicet, quòd ebrietas materialiter, ſi neceſſaria eſt ex conſilio medicinæ, eſt licita. Non enim ſequitur ex his, quòd peccatum ex ſuo genere ſit licitum propter bonum finem: ſed bene ſequitur, quòd materia peccati ex ſuo genere licita ſit propter finem bonum quandoque, quod non eſſe conueniens patet. Detractio enim ex ſua ratione eſt peccatum mortale, detractio tamen materialiter eſt quandoque licita, puta, ſi aliter non poteſt peccatum proprium confiteri, aut ſi propter bonum animæ illius expedit reuelare peccatum illius. Qui enim ex medicinæ neceſsitate ſe inebriat, vel alium, non niſi materialiter ebrietatem incurrit: quoniam non tendit ad delectabile, quod eſt formale in ſpeciebus intemperantiæ, de quarũ numero eſt ebrietas.

Lib. 10. c. 31. ante mediũ to. 1.

q. 141. ar. 6.

Hom. 71. ad pop. Antiochenũ a medio illi⁹, t. 5. In decret. diſtin. 35. c. ante omnia.

quę non ſemper eſt peccatum mortale: ſed plus ſumere in potu ſcienter vſq; ad ebrietatẽ, hoc eſt peccatum morrale. vnde Auguſt. dicit in 10. conf.* Ebrietas lõge eſt a me, miſereberis ne appropinquet mihi: crapula autẽ nonnũquã ſubrepſit ſeruo tuo.

Ad III. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, * cibus, & potus eſt moderandus, ſecundum quod competit corporis valetudini: & ideo ſicut quandoq; contingit vt cibus, vel potus, qui eſt moderatus ſano, ſit ſuperfluus infirmo: ita etiam poteſt econuerſo contingere, ut ille qui eſt ſuperfluus ſano, ſit moderatus infirmo. Et hoc modo cum aliquis multũ comedit, vel bibit ſecũdum conſilium medicinæ ad vomitũ prouocandum, non eſt reputandus ſuperfluus cibus, vel potus. Nec tamen ad vomitum prouocandum requiritur, quòd ſit potus inebrians, quia etiã potus aquæ tepidæ vomitum cauſat: & ideo propter hanc cauſam non excuſaretur aliquis ab ebrietatę.

ARTICVLVS III.

Vtrum ebrietas ſit grauiſſimum peccatorum.

AD TERTIVM ſic procedit. Videtur ꝙ ebrietas ſit grauiſſimum peccatorum. Dicit.n. Chryſoſt.* quòd nihil ita eſt dęmoniacum, ſicut ebrietas, & laſciuia, quæ eſt mater omnium vitiorum. Et in decreto dicitur diſtinc. 35.† Ante omnia clericis vetatur ebrietas, quæ omnium vitiorum radix, & nutrix eſt.

¶ 2 Præt. Ex hoc dicitur aliquid eſſe peccatum, quod bonum rationis excludit: ſed hoc maxime facit ebrietas. ergo ebrietas eſt maximum peccatorum.

¶ 3 Præt. Magnitudo culpæ [e]x magnitudine pœnæ oſtenditur: ſed ebrietas vr̃ eſſe maxime punita. dicit enim Ambr. * ꝙ non eſſet in homine ſeruitus, ſi non fuiſſet ebrietas. ergo ebrietas eſt maximum peccatorum.

Sed contra eſt, ꝙ ſm̃ Gre. * vitia ſpiritualia ſunt maiora, q̃ carnalia: ſed ebrietas cõtinetur inter vitia carnalia. ergo non eſt maximum peccatorum.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ex hoc dr̃ aliqd eſſe malũ, ꝙ priuat bonũ: vnde quãtò maius eſt bonũ, q̃d priuatur p̱ malũ, tantò malũ grauius eſt. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ bonum diuinum eſt maius, q̃ bonũ humanũ: & ideo peccata, q̃ ſunt directe cõtra Deũ, ſunt grauiora peccato ebrietatis, quod directe opponit̃ bono rõnis humanæ.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ad peccata intemperantiæ maxime homo habet pronitatem p̱p hoc, ꝙ huiuſmodi concupiſcentię, & delectationes connaturales nobis ſunt: & ſecũdum hoc dicuntur huiuſmodi peccata eſſe maxime amica diabolo, non quia ſint aliis grauiora, ſed quia ſunt apud homines frequẽtiora.

Ad II. Dicẽdũ, ꝙ bonũ rõnis impeditur dupliciter. Vno mõ, per id quod eſt cõtrarium rõni: alio modo, p̱ id qđ aufert uſum rõnis. Plus aũt habet de ratione mali id, qđ contrariat̃ rõni, q̃ q̃d ad horã vſũ rõnis aufert. Vſus n. rõnis põt eſſe & bonus, & mal⁹, q̃ tollitur p̱ ebrietatẽ; ſed bona uirtutũ, quę tollunt̃ p̱ ea, quę cõtrariãtur rõni, ſunt ſemp̱ bona.

Ad III. Dicẽdum, ꝙ ſeruitus eſt conſecuta ex ebrietate occaſionaliter, inquãtũ Cham maledictionem ſeruitutis in ſua poſteritate accepit p̱ hoc, ꝙ irriſit patrẽ inebriatum, nõ autem ſeruitus fuit directe pœna ebrietatis.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ quinquageſimæ Articulum tertium.*

IN art. 3. eiuſdem 150. quæſt. in reſponſione ad primum, Martini obiectio occurrit vbi ſupra, contra authorem hic arguentis, ꝙ non reputat ueram hanc expoſitionẽ authoris, cum multa uitia ſint magis communia, quam ebrietas; immo qui ſe inebriant, pauci ſunt in comparatione ad alios.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ obiectio non ſolum cõtra intentionem, ſed contra verba authoris ſenſum accipit. Author ſiquidem dicit, ꝙ peccata intemperantiæ ſunt communiſsima quo ad pronitatem: & non dicit, ꝙ ebrietas eſt maxime communis, ita ꝙ author non intendit, ꝙ Chryſoſtomus ſpeciebus intemperantiæ attribuit tantam amicitiam cum dæmone propter generis ſui frequẽtiam, qua tam amicum redditur dęmoni.

¶ In eodem art. 3. in reſponſione ad ſe[cundum] ... rit, quia reſponſio authoris aut eſt falſa ... tum. Reſponſio enim ſua conſiſtit in ... vitium, ſeu peccatum, quàm amiſſo ... bonum eſt uirtutis bonum, quod eſt ...

& bonũ naturæ tollendo uſum rationis ... peccatũ cõtrariũ bono uirtutis, quæ ... dem eſt omni uitio, ac peccato tollere ... eſt ebrietati, ꝙ etiã tollat bonũ naturæ ... tia tollunt alia bona uel naturæ in corpore ... li ut uitam: uel fortunæ, ut furtum tollit ... mendũ eſt, ꝙ grauitas peccatorũ principaliter ... trarietate ad bonũ moris, ita ꝙ ... rationis morali eſt grauius: ac per hoc ... bono rationis & naturali, & morali, ... magis contrariantur bono morali ... quia. ſ. ebrietas tollit bonũ rationis ... uſum, non ſequitur ꝙ grauiſsimum ... tia, quæ tollunt multo maius bonũ ...

¶ Super Quæſtionis centeſimæquinquageſimæ Articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ebtietas excuſet à peccato.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd ebrietas non excuſet à peccato. Dicit.n. Philoſo. in 3. Ethi.* quòd ebrius meretur duplices maledictiones. ergo ebrietas magis aggrauat peccatum, quàm excuſet.

¶ 2 Præt. Non excuſatur peccatũ per peccatũ, ſed magis augetur: ebrietas autem eſt peccatum. ergo non excuſat à peccato.

¶ 3 Præterea. Philoſoph. dicit in 6. Ethico. * quòd ſicut ratio hominis ligatur per ebrietatem, ita ligatur per concupiſcentiam: ſed concupiſcentia non excuſat a peccato. ergo etiam neque ebrietas.

SED CONTRA eſt, quòd Lot excuſatur ab inceſtu propter ebrietatem, ut Auguſt.* dicit contra Fauſtum. Lib.22.c.44. tom.6.

RESPONDEO. Dicendum, quòd in ebrietate duo attenduntur, ſicut dictum eſt, * ſcilicet defectus conſequens, & actus præcedens. Ex parte autem defectus conſequentis, in quo ligatur uſus rationis, ebrietas habet excuſare a peccato, inquantum cauſat inuoluntarium per ignorantiam. Sed ex parte actus præcedentis uidetur eſſe diſtinguendum, quia ſi ex actu illo præcedente ſubſecuta eſt ebrietas ſine peccato, tunc peccatum [d] ſequens totaliter excuſatur a culpa, ſicut forte accidit de Lot. Si autẽ actus pręcedẽs fuit culpabilis, ſic non totaliter ali- Art.5. huius quæſt.

IN articulo 4. eiuſdem quæſtio. 150. dubia multa occurrunt. Primum eſt, an peccatá commiſſa ab ebrio ſine ſua culpa, totaliter excuſata ſint. Et eſt ratio dubij, quoniam Martinus in hac quæſtione probat partem negatiuam quo ad aliqua peccata, quæ ſcilicet ebrius cognoſcẽdo ex paſſionum motibus committit, quæ etiam ſine ebrietate eſſet facturus, & gaudet poſt ebrietatem ſe commiſiſſe: quoniam talia peccata ebrij nec per ignorãtiam, nec ignorantes committunt. In oppoſitum videtur litera, dicẽs. quòd ſequens peccatum totaliter excuſatur a culpa.

¶ Secundum dubiũ eſt. An peccatum cõmiſſum ab ebrio ex ſua culpa excuſetur a toto, vel potius aggrauetur: & eſt ratio dubij, quia ſingula membra habent proprias opiniones. Martinus ſiquidem vbi ſupra, probare nititur, quòd ebrietas culpabilis quandoque aggrauat peccatum ſequens, probatq;, hoc ſupponendo, quòd actus exterior non habet ex ſe propriam bonitatem, vel malitiam, licet tantum ratione actus interioris, & hoc ſuppoſito, ponit duos caſus ſimiles, vnum de ebrio cognoſcente coniugatam, quia non recolit eſſe iam nuptam. Alterum de Lot, ſupponẽdo ebrietatem eius culpabilem, ipſum putaſſe ſe cognoſcere tunc propriam vxorem. Iſte namque commiſit inceſtum, & ille adulterium ex ebrietate, cum tamen ex uoluntate Lot reddere debitum, ille autem ſolum fornicari volebat. Ebrietas igitur auget quandoque peccatum. Et quamnis nullum ſciam in ſecundo membro dubitare, ſane intellecto, quia ſcilicet conſtat ebrium minus peccare in his malis, quæ tunc facit, quàm ſi ſobrius illa met faceret: & propterea proculdubio excuſatur a tanto: dubium tamen non paruum eſt, an excuſetur a toto: & eſt ratio dubij diuerſitas opinionum, & rationũ. Quibuſdam enim probabilius videtur, quòd excuſetur à toto, & his ratio ſuffragatur, quia mentis inopes nõ poſſunt peccare de nouo, quamuis peccauerint ponendo ſe in tali ſtatu mentis: & confirmatur hoc, quia furioſi, & amentes ſiue culpabiliter, ſiue non excuſantur a toto. Alijs autem videtur oppoſitum, & de eorum numero uidetur author in litera, dum dicit, Diminuitur ſequens peccatum, & non dicit, Tollit ſequens peccatum diminutio enim quantitatis magnitudinem aufert, non ſpeciem ſubſtantialem, & his ratio quoque ſuffragatur: quia peccatum ſequens eſt in ſeipſo actus deformis, & eſt uoluntarius in ſua cauſa, quam potuit, & debuit iſte vitare. ergo habet omnia requiſita ad hoc, quòd ſit formaliter peccatum in genere moris. Non ſubeſt igitur cauſa rationabilis, quare excuſabile ſit quin committenti imputetur, licet minus, quàm ſi ſobrie committeret illud.

¶ Ad horum euidentiam diſtinguenda ſunt hæc, quæ in præcedenti libro quæſtionis 76. dicta ſunt de peccatis ebriorum, & ſimilium, vt clara notitia caſuum habeatur. Dicendum igitur mihi videtur, quòd ebrius ex ſua culpa dupliciter ſe habet ad ſequens ex ebrietate peccatum, ſcilicet præuidendo, vel non præuidendo illud. Reputatur autem præuiſum peccatum, non ſolum ſi ſit præuiſum in ſua ſpecie, puta, quia nouit quis ſe ebrium proximis detrahere, aut in ſuo genere, puta, quia nouit quis ſe ebrium uitio linguæ irretiri, quamuis modo detractione, modo contumelia, modo blaſphemia, modo irriſione, modo turpiloquio, ſed etiam ſi ſit præuiſum in communi, puta, quia ſcit ſe ebrium in aliquo peccare, licet neſciat in quo genere tũc peccabit. Reputatur rurſus præuiſum, non ſolum ſi ſit præcogitatum, ſed ſi debuit eſſe præuiſum præcogitando, puta, quia expertus eſt inclinationes ſuas pronas, quanto magis bibit, ad peccata: uel quia alias in alienatione mentis, vel prope, incidit in peccatum. Aeſtimatur autem non præuiſum peccatum ex ebrietate, quando nullo modo præuiſum eſt, præuiderique rationabiliter non potuit humano more. Quando igitur peccatum ſequens ebrietatem culpabilem eſt præuiſum, tunc peccatum illud non excuſatur à ſpecie ſui peccati, ſed redit ad naturam ſuæ ſpeciei ratione voluntarij in ignorantia iſta incluſi terminati ad præuiſum, licet excuſetur à tanto, quia non tantum peccat, quãtum peccaret ſi ſobrius illud committeret, quia aliquo modo inuoluntarium eſt peccatum iſtud, aliter non ex ebrietate cauſaret: & tunc ſunt duo peccata, ebrietas, & illud peccatum in ſuis ſpeciebus, & quo ad hoc vera eſt opinio dicentium, quòd ebrietas culpabilis excuſat a tãto, ſed non a toto. Licet enim ſine rationis vſu, abſolutè loquendo, non poſſit quis de nouo peccare, qui tamẽ prius habens rõnis vſum præuidet, quòd ſi ſe priuat rationis vſu, actum peccati incurret, & culpabiliter priuat ſe rationis vſu, iam vult ·534· nunc pro tunc, ſcilicet quando ſine rationis uſu erit peccatum incurrere. Et ſi quæratur. Quando iſte committit illud ſequens peccatum, reſpondetur, quòd committit illud, actu quidem interiori quando inebriatur, quoniam tunc uult ebrietatem, & ſequens peccatum: actu uerò exteriori, quando iam ebrius peccatum illud exercet, percutiendo, uel detrahendo. Et uidetur quoque poſſe contingere in huiuſmodi hominib. quibus huiuſmodi caſus oportet eſſe præuiſos, quòd alienatio mentis ex furia, uino, uniuerſaliter infirmitate euitabili, uel quacunque ſimili cauſa (quæ ſecundum ſe eſſet uenialis) propter præuiſum actum futuri peccati mortalis, fiat mortalis, utpote cum uoluntate non curante incurſum peccati mortalis. Quando autem nulla timenti futurum caſum ſubeſt ratio, puta, ebrius aſſuetus eſt dormire in ſua pace &c. tunc ſi caſu ebrius culpabiliter aliquod peccatum committeret, peccatum illud excuſaretur a toto, hoc eſt, a ſpecie: ita quòd ebrietas, & ille actus non ſunt duo peccata, ſed ille actus eſt circunſtantia quid. hoc eſt effectus ebrietatis non intentus, nec præuiſus, & nihil, aut parum aggrauat ebrietatem, nihil per ſe, pro quanto non intentus, nec præuiſus parum per accidens, pro quanto culpabiliter iſte ſe poſuit in ſtatu cauſandi iſtum effectum, ut ſic aliquid de uoluntario imputabili habeat. Et quia ſic Lot inceſtum commiſit, ideo culpandus eſt ſecundum Auguſtinum non quantum inceſtus, ſed quantum illa ebrietas meruit: & ſecundum hoc uera eſt opinio dicentium, quòd excuſantur a toto ebrij.

¶ Sed reſtat hic dubium, de homine inexperto primo ſe inebriante ex propoſito, nihilque cogitante de periculo ſequentium peccatorum, An ſequens ex tali ebrietate peccatum excuſetur, ut non præuiſum, aut imputetur, ut præuiſum. Et ad hoc cum diſtinctione dicendum uidetur, quod peccata, quæ ſolent ab ebrijs committi, quamuis non omnes ebrij illa committãt, collocanda ſunt ſub genere præuiſorum: quoniam debuerunt præuideri ab illo, quis ſe inebriauit, ex quo multorum ebriorũ actiones contingit eſſe tales. Sicut enim inter præuiſa homicidia computatur, ſi quis caſu hominem in monte occidit, non præſciens an mons ille ſit meabilis ab homine, an non, ex quo aliqui ſunt meabiles, aliqui non: ſic inter pręuiſa peccata numeranda ſunt, quę aliquis neſciens ſi in ſe hæc ſequentur, quæ in multis ebrijs ſequuntur, ebrietati, & ſuæ diſpoſitioni ſibi ignotę quo ad hoc ſe committit, cum poſſit utraque pars contingere. Peccata autem, quę magis in paſſione, quàm in actione conſiſtunt, quę non ex ipſis ebriis, ſed ab aliis captantibus tempus ebrietatis emergunt, uidentur computanda ſub non pręuiſis, quoniam hęc ſubterfugiunt humanam diligentiam communiter, quale fuit inceſtus Lot. Hoc enim excogitabile quodammodo eſt ad cauendum: & propterea non uidetur cadere ſub voluntate ebrietatis, niſi ſicut euentus, ſeu effectus in ſua cauſa poſſibilis.

¶ Et quonia in hoc ultimo dubio tractatur propriè de ebrij, ut

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN